48

# Responsum

datum Domino Cardinali Gurcensi a Sigismundo Rege Poloniæ — Dominus Thomicki Episcopus Przemisliensis ViceCancellarius Regni Poloniæ Dixit —

Rndme Domine —

Nihil novi narravit Rndma Dominatio Vestra Sacræ Mtis Domini Nostri Clementissimi, posteaquam Dixit ea, quæ ad summum amorem, summamque benevolentiam Rndmæ Dominationis Vestræ erga suam Mttem attinetit. Est enim apud suam Mttem usitatissimum, Dominationem Vestram Rndmam ita esse jam pridem animatam, ut non solum Mtti Serenmi Domini Hungariæ Regis, Serenmoque Filio suo, sed et suæ Mtti id semper faveat, ut Domus et Familia suarum Mttum, (: quod bonum, felix et faustum ei sit futurum :) in suis sedibus perpetuo maneat, ne ulla unquam tempestatum procella perturbetur. Qua de re sua Mtas Dominationi vestræ Rndmæ, agit gratiam, nec referre dubitabit, si qua parte dabitur occasio gratificandi, ut

cognoscat

ut cognoscat suam M^tem, nulla iure unquā sibi defuturam: quae aliquam honoris et orna=
=menti accessionem sit ei allatura —

P. D.